



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

2. Hæres ad fideicommissa tenetur: perinde atq[ue] ad legata: qua idem
ius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

remedia prodiderunt, siue tres actiones indu-
 xerunt. Prima, est actio ex testamento, quæ di-
 citur esse personalis, & oritur ex quasi con-
 tractu aditionis hereditatis quo fingit ipsum
 heredem adeundo se obligasse creditoribus &
 legatarijs: vt. l. apud Iulianum. §. fin. cum. l.
 seq. ff. quib. ex cau. in poss. ea. & l. ex malefi-
 cijs. §. heres. ff. de act. & obliga. & instit. de
 obli. ex quasi contract. §. heres. Secunda est
 actio in rem, quæ rei vindicatio dicitur. Et
 oritur ex dominio, quod lex in ipsum legata-
 rium transfert à morte defuncti, vt. l. à Titio.
 in fin. ff. de fur. Tertia, est actio hypothecaria:
 propter quàm omnia defuncti bona obligata
 sunt, de qua cum reliquis fit mentio in. l. 1. &
 2. C. communia de lega. l. cum filius. §. varijs.
 ff. de leg. 2. & instit. de leg. §. sed olim. Et idem
 2 † de fideicommissis dicendum est: quia per o-
 mnia æquata sunt legatis. vt. l. 1. ff. de legat. 1.
 & d. l. 1. & 2. C. communia de legat. Sed quia
 3 plerumq; eueniebat, quod heredes legata † non
 soluebant, neq; voluntatem testatoris perficie-
 bant: ipsimet testatores prouiderunt substitu-
 endo plures heredum gradus, non solum præci-
 piendo,